

## Alte Drucke

### Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta  
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum sexaginta  
nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

**Isidorus <Hispalensis>**

**Parisiis, 1524**

INCIPIVNT DECRETA ANITII PAPE, DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORVM ET  
RELIQVORVM EPISCOPORVM ET DE APPELATIONIBVS MINORVM AD MAIORVM  
SEDES VEL AD ROMANAM ECCLESIAM.

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and admissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505**

# INCIPIVNT DECRETA

ANITII PAPE, DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORVM ET RELIQVORVM EPISCOPORVM ET DE APPELLATIONIBVS MINORVM AD MAIORVM SEDES VEL AD ROMANAM ECCLESIAM.

A



ANITIVS VNIVERSIS ECCLESIIS PER GALLIE

puincias constitutis, in domino salutem. Bonorū operum & spiritalium studiorum deum auctorem esse nō dubium est, qui bonorum hominū incitat mētes & adiuuat actiones, quod nobis euidenter apparuit, cum inter lōginqua spacia regionum vñ corda vestra senserūt consiliū & que desiderabatis responsa nō vnus sed plurimorum epistole intimarunt. De ordinationibus vero episcoporum super quibus nos cōsulare voluistis. Olim in sancti p̄decessoris nostri Anacleti ordinatiōib⁹ quedā iam decreta reperimus. Scim⁹ enim beatissimum Iacobum qui dicebatur iust⁹, qui etiam secundū carnem frater dñi nuncupatus est, a Petro Iacobo & Iohanne apostolis Iherosolimorum episcopū esse ordinatum. Si autem nō minus quam a tribus apostolis tantus vir fuit ordinatus episcopus, patet profecto eos formam instituente domino tradidisse, non a minus quam a tribus episcopis episcopū ordinari debere. Sed crescēte numero episcoporū nisi necessitas interuenit, debent etiam plures augeri, id est si archiepiscopus diem obierit, & alter ordinandus archiepiscopus electus fuerit, oēs eiusdem prouincie ep̄i ad sedē metropoleos conueniāt, vt ab omnib⁹ ipse ordinetur. ¶ Oportet autem vt ipse qui illis omnibus preesse debet ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Reliqui vero prouinciales episcopi, si necesse fuerit ceteris consentientibus a tribus iussu archiepiscopi consecrari possint episcopi. Sed melius est si ipse cū omnibus eū qui dignus est elegerit & cuncti pariter sacrauerint pontificē. Et licet istud necessitate cogente concessum sit, illud tamen quod de archiepiscopi consecratione predictum est, atq; preceptum, id est, vt omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus imitari licet, quia qui illis preest, ab omnibus episcopis quibus preest debet constitui. Sin aliter presumptum fuerit, viribus carere non dubiū est, quia irrita erit eius secus acta ordinatio, ipse autem archiepiscopus nichil de eorum causis, aut de aliis cōmunibus iuxta statuta apostolorum absq; cunctorum illorū agat consilio, nec illi, nisi quantum ad proprias parochias pertinet sine suo, quoniā tali gaudet cōcordia altissimus & gloriatur in mēbris suis. Nulli archiepiscopi primates vocentur, nisi illi qui primas tenent ciuitates, quarū episcopos apli & successores apostolorum regulariter patriarchas & primates esse constituerūt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem cōuertatur cui necesse sit ppter multitudinem eorum primatem cōstitui. Reliqui vero qui alias metropolitanas sedes

B

adepti sunt non primates sed metropolitani nominentur. ¶ Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omniū cōprouincialium p̄sentia vel cōsilio episcoporū, aut eorum, aut alias causas, nisi eas tantū que ad propriā suam parochiam p̄tinent agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps p̄sumere audeat. Si vero incorrigibilis eisq; inobediēs apparuerit, ad hanc apostolicam sedē (cui omnia episcoporū iudicia terminare p̄cepta sunt) eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeāt. Si autē propter nimiam longinquitatem, aut tēporis incōmoditatem, vel itineris asperitatem, graue ad hanc sedem eius cām deferre fuerit, tunc ad eius primatē causa deferatur, & penes ipsum huius sancte sedis auctoritate iudicetur. Si militer si aliquis ep̄orum metropolitanum suspectū habuerit, apud primatem dioceseos, aut apud

C

hanc apostolicā sedem audiatur. ¶ Qui maior est vestrū secundū dominicam iussionem, sit vester minister, & quanto maior es in omnibus humilia te ipsum. Charissimi, nolite inter vōs contendere, nec querat aliquis maior esse, sed iuxta apostolū. Diligite vos inuicē, quia charitas ex deo est, & oīs qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit dominū. Qui non diligit, nō nouit deum quoniā de⁹ charitas est. ¶ Pascite (inquit princeps apostolorū) qui in vobis est gregē dei, prouidentes non coacte, sed spōtaneē secundū deum, neq; turpis lucri gratia, sed volūtariē. Neq; vt dominātes in cleris, sed forma facti gregi ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, p̄cipietis immarcescibile glorie coronam. Et iuxta aliū apostolū, fratres memores estote verborū que predicta sunt ab apostolis Iesu christi qui dicebāt vobis, quoniā in nouissimo tpe venient illulores secundū desideria ambulantes impietati. Hi sunt qui segregant semetipsos animales, spiritū non habētes. Vos autē charissimi super

issimi superedificantes vosmetipsos sanctissime vestre fidei in spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu christi in vitam eternam. Et hos quidem arguite iudicantes, illos vero seruate de igne recipientes. Aliis autem miseremini in timore odiētes eam que carnalis est maculatam tunicam, prohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, ut clerici qui laicis & simplicibus virtutis, honestatis pudicitie & grauitatis exemplar esse debent ac seipsos tanquam signum purioris vite rudioribus ad imitationē prudenter exhibere, iuxta apostolum comam non nutrant, sed desuper caput in modum spere radant, quia sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & in tonsura & omni habitu discreti debent apparere. Hec vobis fratres ut petistis custodienda mittimus, & custodire precipimus, ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cōfiteatur, quia dominus Iesus christus in gloria est dei patris, cui honor & imperiū per eterna secula. Data octauo kalend. Iunii, Galiano & Rufino consulibus.

FINIS.

## INCIPIVNT DECRETA SOTHERIS PAPE DE FIDE.

**S**OTHER APOSTOLICE SEDIS ARCHIEPISCO  
pus campanis omnib⁹ salutem in domino. Gaudere vos oportet fratres, quod diuina largiente gratia familiares domini vocamini, eiusq; sacerdotii dignitate fungimini. Nunc autē rogo vos ut circa plebes vobis commissas laborare dignemini, & fructuosos manipulos domino reportare nitamini. ¶ Paul⁹ enim apostol⁹ de fide ita loquitur dicens. Quod ante promiserat, ait per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine David, secundum carnem. Item ipse ad Galathas. Postquam autem venit plenitudo temporis misit de⁹ filium suum ex muliere factum, & factum sub lege. Et ad Philippenes in similitudinem hominum factus & habitus inuentus ut homo. Et in psalmo tricésimo. Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt, & super inimicos meos factus sum opprobriū. Item ibi. Oblivioni datus sum tanquam mortuus a corde. Factus sum tanquam vas perditum. Et in septuagesimo. Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Et in septuagesimo secundo. Ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Et in septuagesimo sexto. Mater syon dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Et in septuagesimo septimo. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Et in centesimo octauo. Et factus sum illis opprobrium viderunt me, & mouerunt capita sua. Et in centesimo primo. Vigilavi & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Et in euangelio. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. ¶ Filius igitur secundum carnem dicitur factus. Nam secundum diuinitatem a patre nusquam dicitur factus, sed genitus, dum enim pater loquitur, filius loquitur. Et cū filius loquitur patrem in illo esse loquentem documentis celestibus comprobatur Paulo apostolo attestante qui ait. ¶ Multis partibus multisq; modis olim deus loquutus est patribus in prophetis, nouissime autē loquutus est nobis in filio, Et ut eundem filium excepto patris precepto doceam fuisse locutum, ex Esaye prophete volumine proferimus documentum. Hec dicit dominus. In illa die sciet popul⁹ meus quoniam ego ipse qui loquebar in seruis meis prophetis euangelizans auditum pacis, & ecce adsum. Item ibi. Ego sum dominus qui loquor iustitiam, & annuncio veritatem. Item ibi. Cogitavi, & locutus sum, & adduxi, & creavi & feci. Et apostolus. An experimentum queritis eius qui in me loquitur christus. Et in psalmo centesimo decimo octauo. Loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebam. Et ipse dominus in euangelio ceco a se illuminato dicit, & vidisti eū & qui loquitur tecum ipse est. Et samaritane mulieri ait, ego sum qui loquor tecum. Et ad discipulos verba que locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. Et ad patrem. Ego ad te venio, & hec loquor in mundo. Et iterum iudeis dixit. Loquor vobis, & non auditis. Si autem venerit alius illum audietis.

f. i.